



**Gepredigte Religions-Histori/ das ist/ Jesus Christus und  
Seine Kirchen offenbahrlich dargezeiget Von Urbegin der  
Welt an biß an das Ende der Zeiten**

Ehedessen auf öffentlicher Cantzel dem Volck geprediget/ Nun aber nach  
aufgelößtem oratorischem Faden/ zu bequemerem Gebrauch/ vor  
jedermänniglich in diese Les-Form gestellet

in sich begreiffende die Religions-Histori von Adam biß auf Christum

**Hieber, Gelasius**

**Augsburg, 1726**

**VD18 80480381**

Index Concionatorius Themata pro omnibus Dominicis & Festis totius anni  
indicans.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72727](http://urn.nbn.de/hbz:466:1-72727)



# INDEX CONCIONATORIUS

Themata pro omnibus Dominicis & Festis totius anni  
indicans.

Discursus hoc in opere contentos quondam fuisse Conciones, ut vocant, formatas, nunc verò in gratiam Lectorum cujuscunque status, quos omnino in Scriptura Sacra, pro modulo meo, erudire intento, in præsentem formam redactos esse, dictum est in Prolegomenis. Cùm ergo analysis facilis negotio restituenda sit in Synthesin, non nisi Themata, eorumque locos mōrales indicare volui, de cætero Lectore ad Indicem Rerum & verborum remisso.

Numeri Romani I. II. III. &c. Discursus ; & numeri Italici seu currentes  
1. 2. 3. Puncta Moralia indicant.

## *Dominica totius Anni.*

### *Dominica I. Adventūs.*

Thema : *Tunc videbunt Filium Hominis venientem in Nubibus Cœli.* Luc. XXI.

Quemadmodū Deus in Veteri Testamento arcæ per Nubem incumbens conspicuum se præbebat, ita SS. humanitas Christi recte Nubi comparatur à B. Brunone in Psalm. LXXVII. 17. in qua videlicet *Verbum Divinum* mortalium oculis se objecit.

De memoria porrò hujus exoptatissimi Adventūs, quam Ecclesia quotannis concelebrat, plura habentur. Disc. XLVII.

### *Dominica II. Adventūs.*

Thema : *Tu es, qui venturus es, an alium expectemus?* Math. XI.

Cur Christus *Venturus* id est, *ille venturus* per antonomasiam dicatur late deduci potest ex Discursu XIII. ubi promissus in Paradiso ; & ex Disc. XLI. ubi à Patriarcha Jacobo sub titulo *Mittendi annuntiatus* fuit.

### *Dominica III. Adventūs.*

Thema : *Post me venturus est, qui ante me factus est.* Joan. I.

Quomodo fides in Christum post lapsum Adami omnibus necessaria fuit, atque re ipsa in illum crediderint, sperarint, totoque cor dis anhelitu veteres Patres ipsum suspirarint multis probari potest ex Disc. XIV. & XLVII.

R. P. Gelasij gepredigte Religions-History.

## *Dominica IV. Adventūs.*

Thema : *Penitentiam agite, appropinquavit enim Regnum Cœlorum.* Math. III. 2.

Agit hic potest de peccato originis, ejusque horrendis effectibus, quibus tollendis vel maximè Christus advenit juxta illud : *Ecce Agnus Dei qui tollit peccata mundi!* vid. Discurs. XI. per totum.

## *Dominica infra Octava Nativit.*

Thema : *Loquebatur de illo omnibus, qui expetabant redemptionem Israël.* Luc. II.

Cum Scriptura nihil edifferat de præclaro vaticinio hujus prophetissæ Annæ de Christo, quæ Beato illi Seni, Simeoni, eadem ipsa hora succinuit, amplificari poterunt illæ à Danièle de Christo prædictæ Excellentiaæ Disc. XLII. 3. vid. Index V. *Christus*.

## *Dominica post Epiphaniam.*

Thema : *Ecce Pater tuus & ego dolentes queremus te!* Luc. II.

Hic locus est de Officiis parentum erga filios & horum erga illos differendi ex historia Tobiae, præclarissimo horum officiorum exemplari. Disc. XXIX. Item XVII. 1. 2. XXII. 1. 2. XXIV. 1.

## *Dominica II. post Epiphaniam.*

Thema : *Vocatus est autem & Jesus & Discipuli eius ad Nuptias.* Joan. II.

Hac occasione magna contentione admone-  
f neri

## INDEX.

neri uterque sexus & potest & debet, ut in contrahendis Matrimonii vel maximè attendent ad paritatem Religionis & alia ex Disc. XXII. XXIX. 3.

### Dominica III. post Epiphaniam.

Thema : *Dico vobis, quod multi venient ab Oriente & Occidente, & recumbent cum Abram Isaac & Jacob in Regno cælorum, Filii autem Regni existent in tenebras exteriores &c.* Math. VII.

Ex hac formidanda comminatione Christi, quæ quidem in maxima parte Judæorum adimplata est, auditores sunt advertendi, quām sollicitè & attentè officis Religionis satisneri, præferrique ea omnibus rebus oporteat ex Disc. XXVI. 2. 3.

### Dominica IV. post Epiphaniam.

Thema : *Et ecce Mors magnus factus est in mari.* Math.

Cum Mare, ipsius Scripturæ interpretatione, sit typus mundi, ostendi hoc loco potest, commotiones hujus mundi ut sunt conversiones Regnorum, migrationes Populorum, bella, famæ, pestes &c. à Deo non nisi in bonum Ecclesiæ dirigi ac proinde hæc omnia æquo animo ferenda esse ex Discurs. XLIII. 1. Tractari etiam potest de admirando Christi in Naturam Imperio ex verbis Evangelij : *Venti & mare obedirent ei.* Disc. XLIII. 2.

### Dominica V. post Epiphaniam.

Thema : *Cum autem dormirent homines, venit inimicus, & superseminavit Zizania.* Math. XIII.

Cum omne serpens malum, Zizaniorum nomine, intelligi possit, heresi tamen, malorum omnium pestilentissimo, hæc appellatio præ ceteris convenit, atque ea propter cane pejus & angue fugienda eit ex Disc. XVII. 2. 3.

### Dominica VI. post Epiphaniam.

Thema : *Simile est Regnum cælorum fermento.* Math. XIII.

Etsi tò fermentum hac parabolâ in bonam partem assumetur, subintellecta divini Verbi virtute, attamen in sinistram partem etiam ipse Christus interpretatus est Math. XVI. VI. Luc. XII. Marci VIII. 15. atque juxta hunc posteriorum sensum agi potest de fermento prævi malorum Consorti ex Discurs. XIV. 3.

### Dominica Septuagesimæ.

Thema : *Quid statis tota die otiosi?* Math. XX.

Hic oportunus est locus contra otium, per vulgatum juxta ac pestilens hujus sæculi vitium declamandi, hortandique ut suum quisque negotium agat ex Discurs. IX. 2.

### Dominica Sexagesimæ.

Thema : *Semen est Verbum Dei.* Luc. VIII. Ostendi hic potest, quanto in pretio habendum sit Verbum Dei, seu Doctrina de Deo, divinisque Christi & Ecclesiæ mysteriis ex Disc. XL.

### Dominica Quinquagesimæ.

Thema : *Ecce ascendimus Jerosolymam & consumabuntur omnia, que scripta sunt de Filio hominis.* Luc. XVIII.

Dum mundus, hoc tempore, commessionibus & ebrietatibus, cubilibus ac impudicitiis vacat, admonendi sunt filii lucis, ut induant Dominum nostrum JESUM Christum, considerando stupendum Exinanitionis, ut D. Paulus vocat, Christi in Passione mysterium explicatum Disc. XLV.

### Dominica I. Quadragesimæ.

Thema : *Ductus est JESUS in desertum à Spiritu, ut tentaretur à Diabolo.* Math. IV.

Occasione victoriae Christi contra Tentatorem Sathanam, proponi potest deplorandum Adami lapsus ex Disc. X. ubi & malorum nostrorum causæ assignantur. Tractari etiam potest de fide quarundam Revelationum Discurs. X. 2. Item de Tentatione Diaboli Discurs. XIII. 2. 3.

### Dominica II. Quadragesimæ.

Thema : *Hic est filius meus Dilectus, in quo mihi benè complacuit.* Math. XVII.

Occasione gloriose hujus Transfigurationis Dominicæ ostendi potest Divinitas Christi, qui non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo. Philipp. II. 6. ex Discursu IV. V. & XII.

### Dominica III. Quadragesimæ.

Thema : *Tunc vadit, & assumit alios septem spiritus nequiores se & ingressi habitant ibi.* Luc. XI.

Agere potest ex hoc loco de lapsu & Relapsu in peccatum carnis, difficile ex illo resipescientia ex Discurs. XI. 3. XXX. 3. XXXIII. 2.

### Dominica IV. Quadragesimæ.

Thema : *Unde ememus panes, ut manducemus hi?* Joan. VI.

Hoc loco ansa sese affert de provida ac liberali Dei pro necessariis nostris cura dicendi ex Discurs. LII. 1.

### Dominica Passionis.

Thema : *JESUS autem abscondit se, exivit de Templo.* Joan. VIII.

Ex horrenda Judæorum, quondam populi Dei,

## INDEX.

Dei, excœcatione ostendi hoc loco potest, quidnam nobis Christianis ob duritatem cordis, timendum sit. Disc. XL. I. 2. XXV. 3.

### Dominica Palmarum.

Thema : *Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus.* Math. XXI.

Locus est ostendendi, quām necessaria fit saluti populorum pietas Principum & Magistratum ex Discurs. XXII. XXV. I. 2. XXVIII. 3.

Item, quomodo Reus in ipsa peccatarum inflectione benignus sit. XV. I. 2.

Item, assignari possunt causæ, cur DEus etiam fideles puniat. XXVIII. I.

### Festo Resurrectionis.

Thema : *Surrexit non est hic.* Marci XVI.

Cum Paradysus, statui innocentiae determinatus, typus sit Spiritualis resurrectionis, novæq; vita de utraque hac uberiori dicendi campus se offert ex Disc. IX.

### Dominica in Albis.

Thema : *Dixit eis iterum Pax vobis!* Joan. XX.

Agit hic potest de insigni dono & bono Pacis, cui larga subministratur materies Discursu XLVI.

### Dominica II. post Pascha.

Thema : *Ego sum pastor bonus & cognosco oves meas & cognoscunt me mee.*

Vere oves Christi Pastori suo, Visibili Ecclesiæ in terra Capiti, induxisse adhærescunt; non ergo ovis Christi ad mobilitatem vulgus se componat, quippe quod Principum suorum exempla, in finistram partem æquè ac bonam, maximè in rebus fidei sequatur ex Discurs. XX. Item XXIV. 3.

### Dominica III. post Pascha.

Thema : *Mundus gaudebit, vos vero confortabimini.* Joan. XVI.

Ex hac Christi prædicatione & legato soluta est questio illa Davidis Psalm. XXXVI. & LXXVII. Item Jeremie XII. I. *Quare via impiorum prosperetur, & bene sit omnibus, qui prævaricantur & iniquè agant?* ex Discurs. XXXVII. I. Agit etiam potest de contemptu Mundi Discurs. XXXI. I.

### Dominica IV. post Pascha.

Thema : *Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modò; cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.* Joan. XVI.

Præter ea, quæ in Evangelio nobis sunt annuntiata, successu temporis alia adhuc revealanda & credenda superfuisse ex his verbis

Christi lucet; cum igitur Spiritus privati, hæretorum maximè hominum, è diametro sibi contradicant, ex hoc fonte veritatis profectos esse, aperte repugnat. Ergo Ecclesiæ Dei, *ceu columna & firmamento veritatis*, omnino acquiescendum est. Vid. V. Ecclesia in seq. Indice. Admoneri etiam haec Dominica fideles possunt ex verbis Domini : *Ego vado ad Patrem, ut ultimam suam Voluntatem legitimo Instrumento mature contestentur* Discurs. XXXVI. I. 2.

### Dominica V. post Pascha.

Thema : *Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.* Joan. XVI.

Cum Christus ingenti hac pollicitatione animos ad spes maximus erigat, si rectè modò precemur, commendari poterit admiranda vis Orationis maximè publicæ per has ferias Rogationum ex Disc. XVI. 2.

### Festo Ascensionis Dominicæ.

Thema : *Ite in mundum universum & praedicate Evangelium omni creature.* Marci XVI.

Ex aperto, claro & dilucido hoc Christi præcepto demonstrari potest, veram Dei Ecclesiæ Novi fœderis oportere esse universalem Vid. V. Ecclesia in seq. Indice. & Discurs. XXXIX. I.

### Dominica infra octavam Ascens.

Thema : *Cum venerit Paracletus, quem Ego mittam vobis à Patre &c.* Joan. XV.

Cur Christus eadem, qua ascendit die, non statim submisserit Spiritum Sanctum, sed decem omnino diebus promissum suum dilusterit, ea fortè causa est, ut credituros diceret, quanta cordis præparatione, animi collectione, orationis contentione &c. accipiendo Spiritui Sancto opus sit, veluti factum videmus à centum viginti Christi discipulis, ab Ascensione Dominicæ usque ad Pentecosten, Adventum Spiritus Sancti Vigiliis, orationibus jejunis atque avidissimis votis expectantibus. Vid. Exod. XV. XIX. 10. 15. 5. & sequentem Verborum Indicem.

### Dominica Pentecostes.

Thema : *Si quis diligit me Sermonem meum servabit.* Joan. XIV.

Hæc aperta Christi Sententia Hæretorum nostrorum ora obstruit, garrentium sola fide hominem salvari, cum Spiritus Sancti Domum vel maximum sit charitas I. Corinth. XII. XIII. XIV. Vid. Discurs. IV. 3.

### Feria II. post Pentecosten.

Thema : *Sic DEus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret.* Joan. III.

## INDEX.

Ex hoc loco doceri potest, Missionem Christi in hunc mundum summae Charitatis opus esse Discurs. XII.

### Festo SS. Trinitatis.

Thema : *Baptizantes eos in Nominis Patris & Filii & Spiritus Sancti. Math. XXVIII.*

Ex Discursu IV. pluribus explicari potest fides & doctrina circa ineffabile SS. Trinitatis Mysterium.

### Dominica infra octavam Corporis Christi.

Thema : *Dico autem vobis, quod nemo virorum illorum qui vocati sunt, gustabit cœnem meam. Luc. XIV.*

Ex hoc Sacri Evangelij Epiphonemate parlam fit, plurimos terrenarum rerum Studio salutem suam negligere. Vid. Disc. XXXIII. 3.

### Dominica III. post Pentecosten.

Thema : *Vadit ad illam, que perierat. Luc. XV.*

Ex hujus parabolæ Evangelicæ typo manifestum redditur, ad salutem nostram ex parte vorantis Dei non modo nihil desiderari, sed omnino illud impleri : *quid posui facere Vineæ meæ & non feci? Isaïæ V. 4.* Vid. Disc. XXVII. 1. 2.

### Dominica IV. post Pentecosten.

Thema : *In Verbo tuo laxabo rete Luc. V.*

Allegorico horum Verborum sensu explicari potest necessitas atque utilitas Intentionis rectæ, de qua. Vid. Discurs. I. 3. Vid. Indicem.

### Dominica V. post Pentecosten.

Thema : *Qui dixerit fratri suo Raca reuerterit Concilio. Math. V.*

Ex hac Sententia Christi rectè argui potest : quod si tam rigidè plectendum sit verbum iratum, quānam pœnam exacurus sit Deus de Juramento falso vel vano, ex Discursu. XXVI. I.

### Dominica VI. post Pentecosten.

Thema : *Et præcepit Turba discumbere super terram Marci VIII.*

Ex mira Evangelici hujus Epuli exhibitione commendari insignerit potest & meretur virtus Temperantiae ex Discurs. XXXIV. 2.

### Dominica VII. post Pentecosten.

Thema : *Omnis Arbor, que non facit frumentum bonum, excidetur, & in Ignem mittetur. Math. VII.*

Tractari hoc loco opportunè potest de necessitate & merito bonorum operum ex Discursu XI. 3.

### Dominica VIII. post Pentecosten.

Thema : *Facite vobis amicos de Mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant vos in eterna Tabernacula Luc. XVI.*

Ex his verbis admonendi sunt fidèles ad Eleemosynas haud morosè facientes, quippe quas Dominus mira parabola ostendit, prater cæteras eæisque insignes utilitates, meritorias esse vitæ æternæ. Vid. seq. Indicem.

### Dominica IX. post Pentecosten.

Thema : *Quia si cognovisses & tu, & quidem in hac die tua, que ad pacem tibi, nunc autem absconsita sunt (Maha) ab oculis tuis Luc. IX.*

Ex hac Christi Sententia ostendi potest & permitta & comminationes divinas certò certius adimplendas esse ex Discursu XX. I. 3. Item, quam verum sit miseros fieri populos peccato Discurs. XXI. I. XI. 2.

### Dominica X. post Pentecosten.

Thema : *Duo Homines ascenderunt in Templum, ut orarent. Luc. XVII.*

Hac occasione commonefaciendi sunt fidèles, ut non modo interiorem sed etiam externum Latriæ cultum Deo, divinis officiis in publicis templis assistendo, exhibeant. Disc. XLVII. 2.

### Dominica XI. post Pentecosten.

Thema : *Misit digitos suos in auriculis ejus, & expuens retinxit linguam ejus. Marci VII.*

Ex hoc loco contra Hæreticos hujus temporis ostendi potest, neutquam rejiciendas esse Ecclesiæ Ritus & ceremonias, utpote recolendis mysteriis, excitandæq; pietati institutas, accedit, quod Deo non animò solùm sed & corpore serviendum sit ex Disc. XLIV. 3. XIX. 3.

### Dominica XII. post Pentecosten.

Thema : *Beati oculi, qui vident, quæ vos videtis. Dico enim vobis, quod multi Prophetæ & Leges voluerunt videre, quæ vos videatis, & non viderunt. Luc. X.*

Ex his verbis commonstrari potest populo, quanti habenda sit Religio Christiana, quanta peressi Prophetæ, quibuscque laboribus defuncti sint Doctores Ecclesiæ, ut sic formatum Corpus Doctrinæ Catholicæ, uti nunc habemus, nobis relinquenter ex Disc. XXVII. 3.

### Dominica XIII. post Pentecosten.

Thema : *Non est inventus, qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena.*

Occasione hujus Samaritani Evangelici, qui ex decem Sanatis leprosis solus Christo gratias acturus regressus est, declamari potest in per-

## INDEX.

pervulgatum ingratitudinis vitium, qua maxima pars Hominum, cumprimis erga Deum, velut lue quadam Epidemica infecta est. Vid. Index seq. Intelligi etiam sub lepra vitium carnis potest ex Discurs. XXI. 3. XXXII. 2. XXIII. 3.

### Dominica XIV. post Pentecosten.

Thema : *Querite ergo primum Regnum Dei & justitiam ejus, & cetera omnia adicentur vobis.* Math. VI.

Hac seria Christi cohortatione admonendi sunt fideles, ut conjecta in Deum de necessariis cura, ante omnia de salute animæ solliciti, eandem omni studio inquirant. Ex Disc. XLII.

### Dominica XV. post Pentecosten.

Thema : *Ecce defunctus efferebatur, filius unicus Matris sue.* Luc. VII.

Cum defuncto huic juveni contigisse potuerit, quod pluribus aliis usu venit, ut in temperantiâ vitæ mortem sibi ante tempus acceleraverit, demonstrari potest, bona hujus vitæ pluribus magis nocere, quam adversa ex Discurs. XXIII. 2. 3.

### Dominica XVI. post Pentecosten.

Thema : *Cum invitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco.* Luc. XIV.

Cum tota hac parabola in ambitionem Phariseorum dicta fuerit, commendanda est ex adverso Christiana humilitas, utpote virtutum omnium fundamentum, atque unica ad veram gloriam via. Vid. Disc. V. 2. XXX. 2.

### Dominica XVII. post Pentecosten.

Thema : *Nemo poterat ei respondere Verbum.* Math. XXI.

Ex confusione Phariseorum, qui se Legis Doctores atque Scripturæ interpres jactabant, ostendi potest, qua animi dispositione opus sit, ut rite & salutariter intelligentur Scripturæ ex conclusione finali operis. Item, ex verbis Evangelii : *Temans eum unus ex eis Legis Doctor traduci potest haereticorum & quorundam sophistarum turgens atque inepta scientia ex Discurs. XL. 2. 3.*

### Dominica XVIII. post Pentecosten.

Thema : *Vade in Domum tuam.* Math. IX.

Ex allegorico horum Verborum sensu commendari potest pernecessaria, utilis & salutaris sui ipsius cognitio ex Discursu XI. 1.

### Dominica XIX. post Pentecosten.

Thema : *Multi vocati, pauci verò electi.* Math. XXII.

Ex hac formidanda Christi sententia admonendi sunt fideles, ut salutem suam cum metu & tremore operentur veriti reprobationis periculum ex Discurs. XXX. 3.

R. P. Gelasij gepredigte Religions-History.

### Dominica XX. post Pentecosten.

Thema : *Creditit ipse & Domus ejus tota.* Joan. IV.

Ex hoc facto Evangelico ostendi potest ingenis vis & efficacia boni vel mali exempli maximè in Superioribus ex Discursu XXXV. 3. XLII. 1.

### Dominica XXI. post Pentecosten.

Thema : *Sic & Pater meus es tuus factus nobis, si non remiseritis unusquisque Fratri suo ac cordibus vestris.* Math. XVIII.

Cum totus hic Evangelicus sermo nihil aliud sit nisi commendatio concordiae & ignorantiae fraternali demonstrari potest, quam necessariò remittenda sit vindicta, utpote quae sine DEUS nulli peccata remittat vid. Index Verb.

### Dominica XXII. post Pentecosten.

Thema : *Cujus est hec Imago?* Math. XXII.

Ex his verbis pluribus ostendi potest, quot modis Homo sit *Imago Dei*, quamque ea virtutibus Christianis cohonestari debeat ex Discurs. VII. Suaderi etiam ex Evangelica hac Historia potest saluberrimum Christum penitus cognoscendi studium ex Disc. XLII. 2.

### Dominica XXIII. post Pentecosten.

Thema : *Tenuit manum ejus & dixit: puella surge! & surrexit Puella.* Math. IX.

Cum peccatum Mors sit animæ admonendi sunt peccatores, ut Christi gratiam non minus ardenter efflagitent, quam Jairus ejusdem presentiam, gnari, sine illa non modo parum, sed nihil omnino nos posse videatur Index seq. Agi hic etiam commodè potest de Parentum meritis Discurs. XXIV. 1. aut demeritis Discurs. XXII. 1.

### Dominica XXIV. post Pentecosten.

Thema : *Erit enim tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi.* Math. XXIV.

Hæc ultima, eaque maxima orbis tribulatio ex pluribus capitibus, maximè autem ex diluvio Mundi igneo confurrectrâ est, cuius typus præcessit diluvium illud aqueum tempore Noë, quo de videatur Discurs. XV. Hac Dominica locus etiam est differendi de poenis peccato infligendis Discurs. XI. 2.

### In Dedicatione Templi.

Thema : *In domo tua oportet me manere.* Luc. XIX.

Locus est opportunus commendandi laudissimum studium excitandi, reparandi exornandique templa Dei, ne speluncis latronum, ut non raro fit, similiores evadant quam Sacris Basilikis. Vid. Discurs. XXIII. 1.